Sententiam patrum Societatis Jesu de gratia et libero arbitrio quam clerici Dominicanae familiae patres in controversiam vocant ab ea abesse plurimum, quae inter ipsos et doctrinam Ludovici Molinae agitata in Hispania est nil illud certius indicio sit, quod in censura propositionum Molinae ab ijsdem Sanctitati Vestrae exhibita et urae mentionem de hac controversia nullam fecerunt, eamque tantum tertiam partem quam patres Societatis Jesu defendunt ne attigerunt quidem.

Huius porro inter Dominicanos et patres Societatis controversiae ratio huiusmodi est. An danda sit aliqua praedeterminatio Dei et motio physica adeo efficaciter determinans voluntatem nostram ut illi existenti voluntas nec dissentire possit nec dissentire, nec illam abijcere.

Patres Dominicani auctores sunt, quandam hac in re praevenientem determinationem seu physicam praemotionem ita necessariam esse, ut absque ea voluntas nec operari, nec ad actum ullo modo determinari se possit; nec illi posita resistere, aut dissentire, aut eam abijcere; quam praemotionem et physicam determinationem auxilium ipsi efficax vocant.

Hinc autem illud effici volunt fieri non posse, ut e duobus hominibus aequale auxilium physicum et aequalem praemotionem habentibus unus convertatur alter non item.

Patres Societatis facile concedunt illi quidem humanam voluntatem a Deo moveri ac trahi gratia praeveniente et auxilio efficaci, sed physicam hanc praemotionem seu praedeterminationem adeo esse efficacem ut illi voluntas vel dissentire non possit, nec eam abijcere, si velit, non agnoscunt. Imo eam sacris literis, conciliis et sanctorum patrum dictis, communi scholasticorum sententiae minime consentaneam, ac multorum opinionum fontem esse contendunt a vera Eccl.ae Cath.ae veritate aberrantium.

S.o Igitur eam sententiam ex sacris literis pugnantem hic ostendunt. Matth. xi. dicitur: Si in Tyro et Sydone factae fuissent virtutes quae factae sunt in vobis olim in cinere et cilicio paenitentiam egissent, quo locum hic urgent. Si Christi verbis fides adhibenda, quod nemo catholicus abnuet, tam Tyrij et Sydonij, si quae Christus miracula patraverat apud Capharnaitas, ea suis oculis hausissent non modo a suis sceleribus per paenitentiam resipiscere potuissent, sed re ipsa resipuissent, ergo ad resipiscendum physica haec praedeterminatio necessaria non est; Nam si haec necessaria esset, Christi verba vera non essent; non enim illi, quamvis apud eos illae virtutes ac signa facta fuissent, aut paenitentiam agere, aut ad Deum se convertere potuissent; neutrum re ipsa hausissent, nisi physica haec praedeterminatio accessisset. Quare non ideirco paenitentiam egissent Tyrij et Sidonij, quia signa et virtutes apud eos facta fuissent, quod Christus dixit, sed quia physicam hanc praedeterminationem a Deo accepissent, quod Christus non dixit. Et sane eleganter Aug. libro de bono persever.ae cap. xiij hunc locum explicans, cum multa de Iudaeorum excaecatione dixisset hoc adiungit // Non erat, inquit, si excaecati oculi nec ei induratum cor Tyriorum et Sydoniorum, quoniam credidissent, si qualia viderunt illi signa vidissent, sed nec illis profuit quod poterant credere. Jam vero si Tyrij et Sydonij visis illis Christi virtutibus a suis sceleribus non resipuissent, nisi physica hac praedeterminat.e a Deo mot.; qua tamen ista non sunt; et qua praemot. a Deo visis illi Chorozaim et Bethsaida procul dubio paenitentiam egissent, quid causae erat ut Christus tam acriter in eos inveheretur, eam scilicet exemplo Tyriorum ac Sydoniorum qui ijsdem quibus illi physica praedeterminat. auxilij indiguissent sua Capharnaitis, ac sic

// Ubi inqt Tyrij relicti sunt et Sydonij qui certa credere potuerunt si mira illa Christi signa vidissent! non erant et ipsa.

UGR Biblioteca Universitaria

et alijs pertinaciam exprobraret? Nihil omnino causae fuisse fatendum est, si hac physica praedeterminatione opus erat; quam neque eos in sua potestate habuisse Theologica veritas, neque hac a Deo praemotos fuisse ipsa eorum in scelenibus obduratio declaravit. Et tamen Mattheo auctore didicimus Christum eos graviter obiurgasse: Tunc coepit (inquit Mattheus) exprobrare civitatibus in quibus factae sunt plurimae virtutes eius, quia non egissent poenitentiam. Tunc ~~[illegible]~~, eodem pacto insinuare etiam omnes Dei querelas atque obiurgationes quae in sacris literis tam crebrae sunt. Proverb. primo: Vocavi et renuistis. Isai. 5. quid ultra debui facere vineae meae et non feci? Ierem. 3. Matth. 23 quoties volui congregare filios tuos etc. Rom. 2. et alijs sexcentis in locis. Nam si physica haec praedeterminatio ad resipiscendum necessaria erat, eamque Deus illis denegaverat, quis esse poterat divinis querelis locus? quam Deus iustam illos accusandi causam arripiebat? Nullam certe iustam Patres Dominicani saltem assignent, cum ~~[illegible]~~ asserant si in sua [physica praedeterminatione] ~~[illegible]~~ opinione persistant; cum illi satis apud Deum respondere ~~[illegible]~~ [possent] se hac physica praedeterminatione destitutos, quamvis alijs signis excitarentur, a scelenibus resipiscere non posse; eam vero praedeterminationem si accepissent [quae in eorum potestate non erat] illico poenitentiam acturos. Atque hac bona excusatione omnis illa [divinarum] querelarum causa evadetur.

Ad haec Ioannis 10 Thomae incredulo se ipsum Christus ostendens ait, Quia vidisti me Thoma credidisti. Ecce Thomas vi miraculi conspecti propterea credere dicitur; ~~[illegible]~~ si physica illius praemotionis vi suam voluntatem ad credendum ~~[illegible]~~ flexisset Thomas, certe non ad inspectionem tanti miraculi, sed ad physicam praedeterminationem fidem Thomae retulisset Christus; [et dixisset non] quia vidisti me Thoma credidisti; sed quia praemotus cum visione fuisti; aut certe, quando vidisti me Thoma credidisti; ut hac quoque modo physicam praedeterminationem fidei ac conversionis effectricem indicaret. Denique ut sileamus cetera, Eccli. 15 scriptum est. Deus ab initio constituit hominem, et reliquit eum in manu consilij sui. Et infra. Apposuit tibi ignem et aquam ad quod volueris porrige manum tuam. ~~Ex quibus verbis [illegible] efficitur~~ [Quae verba sic expendenda sunt]. Si Deus omnes actiones in praedeterminationis ut haec praedeterminatione voluntas resistere nequeat, certe non reliquit hominem in manu consilij sui, nec ad quodcumque [divertere] volueris homo, sed ad quod voluerit ac praedeterminaverit Deus [porrige] ~~[illegible]~~ manum tuam, adhuc determinationi porrigere potes. ~~Videat ergo haec physica praedeterminatio tam aperte sacris literis adversantia~~; et alijs [verò sic] ut Creaturum testimonijs praetermissis, quae alibi fusius attulimus, ad concilia ~~[illegible]~~ gradum faciamus.

ex concilijs

~~[illegible]~~ ex concilijs. 2°. Ea sententia pugnat cum sacrosancti Conciliorum decretis, ac potissimum Tridentini. Etenim Tridentinum sessio. 6. cap. V. cum ipso capitis initio necessitatem gratiae praevenientis ut peccator convertatur, [proposuisset] ~~[illegible]~~, deinde voluntatem libere consentire vocationi divinae docuisset illis verbis, eidem gratiae libere assentiendo, Demum explicat modum quo libera voluntas gratiae excitanti per illuminationem Spiritus Sancti et inspirationem quam recipit, assentitur. Nimirum, ut divinae vocationi cooperetur non solum recipiendo, sed etiam agendo; non actione solum spontanea quod Calvinus et haeretici admittunt, sed etiam libera; atque eo modo libera, quo possit ob intrinsecam libertatem non tantum suspendere concursum, et non consentire; sed dissentire [etiam], et inspirationem abijcere; sic enim habet. Ut tangente Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abijcere potest. Ergo si physica illa praemotione et praedeterminatione ita voluntas ad consensionem determinatur, ut ~~[illegible]~~ non possit non consentire; falsum erit posse voluntatem [non] consentire, et inspirationem abijcere dum consentit, ~~[illegible]~~, contra definitionem concilij quae est de fide. ~~Hac autem definitione~~ [atque] ita concilio placuit, ut ad finem capitis ultimi eiusdem sessionis haec adderent. Post hanc catholicam de iustificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter firmiterque receperit, iustificari non poterit; placuit sanctae Synodo hos canones subiungere, ut omnes sciant non solum quid tenere et sequi, sed etiam quid vitare et fugere debeant. Quae cum ita sint omnes etiam Dominicani patres, eam ut catholicam doctrinam tenere, fideliterque firmiterque recipere ac nisi velint iustificari non possunt.

UGR Biblioteca Universitaria

~~potius autem ut ... quae in totum ... sensum~~

non posse concedere omnino debere, liberum arbitrium inspirationem Dei quam habet abjicere posse, et eas rationes merere et fugere quae liberi arbitrii Deo actu excitanti atque vocanti negat posse dissentire si velit. Sed concilium eadem sess. Can. 4 definit his verbis. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac preparet, neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passive se habere: anathema sit. Videt (Animadvertit ille ...) concilium definire liberum arbitrium actu cooperari Deo excitanti atque vocanti: ipsumque a Deo motum et excitatum posse dissentire si velit; ergo Igitur ex hac definitione habetur liberum arbitrium ita actu vocationi consentire, ut eo ipso tempore quo actu consentit dissentire possit, et vocationem abjicere si velit. Ut multis doctissimis viris iure optimo mirum videatur Christianos viros catholicam religionem profitentes post hanc Tridentini concilij definitionem adhuc physicam illam praedeterminationem qua voluntas dissentire possit publice propugnare ausos esse, et eam de [illegible] doctrinam impugnare quam tot con[illegible] capitulorum generalium sub anathemate definitione catholicam esse, eamque Dei ... ac Xristi gloriam illustrari. At respondebunt dicti concilium tunc loqui in sensu diviso non in sensu composito, Patres vero Dominicani loqui in sensu composito. Sed profecto mirandum est doctos hominibus hanc solutionem adeo [illegible] in mentem venire. Nam concilium loqui in sensu composito tam apertum et perspicuum (clarum) est, quam quod clarissimum. Tum quia concilium statuit ~~[illegible]~~ liberum arbitrium motum et excitatum a Deo et inspiratione recipiens, hoc est recipiens Dei excitationem motionem et inspirationem posse vel admittere vel abjicere, quod sensum compositum efficit, cum quam hae voces dissentire et abjicere quas concilium usurpat ex propria sua notione sensum compositum involvunt, nemo enim non vocanti resistit, sed vocanti; nemo abjicit quod non habet aut sibi ab alio non offertur, sed quod habet. Unde repugnantia loquuntur qui propositionem concilij, quod Patres Dominicani contendunt, in sensu diviso volunt veram esse. Nam si voluntas ponatur absque hoc auxilio et motione, quo dici potest dissentire atque auxilium abjicere? hoc enim deesse non concurrat, quando actu non concurrit. Denique si propositio concilij in sensu diviso vera est, haec etiam erit vera, Potest resistere voluntati Dei, quam omnes catholici [illegible] atque illis verbis Apostoli, voluntati eius quis resistit? adversarius mentis [illegible]. Attamen in sensu diviso fieri potest ut non [illegible] id quod vult Deus, si ponamus Deum id non velle, et voluntatem eius a re volita disjungamus, quod est efficere sensum divisum. Quare si propositio haec, Potest resistere voluntati Dei, inde posita haeretica censenda est, ipugnans enim cum verbis Apostoli, quam in hujus vocis, resistere, sensum compositum includunt, haec quoque propositio, Non posse dissentire motioni Dei, vel non posse abjicere eam [illegible], qualis habenda sit, alienum est iudicium, nobis certe definitioni concilij manifeste repugnare videtur, quia in voces, dissentire et abjicere, aeque ac vox resistere, sensum compositum includunt, sensum divisum excludunt.

Ad haec concilium Senonense in decreto 15 fidei contra Lutherum et asseclas haec habet. Neque liberum arbitrium assensum divinam excludimus propterea gratiam, quod illi [illegible] falso iste imponere non verentur, atque hoc fumo credulorum oculos perstringere, sed [illegible] scriptura eo extendimus, ut voluntas humana misericordia praeveniente auxilio suffulta cum intentione quadam et oculis sectionis inspirationis afflatu concitata sese convertere in Deum Deo appropinquet, et ad veram illam gratiam se praeparet quae tandem augetur ad vitam aeternam

UGR Biblioteca Universitaria

// Sunt conc. Senonensis quibus quid clarius afferri possit non video – at adiungo 3.

Neque tamen tanta gratiae efficacitas libero praeiudicat arbitrio cum illi semper sit in promptu [illegible]. Nec denique
talis sit huiusmodi Dei trahentis auxilium cui resisti non possit, // quoties inquit volui te congregare filios tuos quemadmodum
gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti. Frustra certe Stephanus Iudaeos dura cer-
vice, et incircumcisi cordis argueret, qui semper spiritui sancto restiterunt; frustra Paulus Thessalonicenses ad-
moneret spiritum ne extinguerent [illegible] si divinis inspirationibus inevitabiliter raperentur. Trahit
quidem Deus, sed in eius odorem currimus, non vi, non necessitate rapimur. Hoc concilium Senonense, cuius apud omnes
~~gravissima esse debet [illegible] ob maximam~~ [illegible] cleri, non episcoporum tantum provinciae [illegible], [illegible]
Parisiensis Academiae quae eo tempore florebat maxime doctrina. celebratum est in Parisijs [illegible]
& [illegible] Galliae conventum anno Domini 1527 coeptum 1528 perfectum ~~sub~~ Clemente 7. Pontifice [illegible] praeside Ill.mo Cardinali
Antonio a Prato Senonensi Archiepiscopo Galliarum et Germaniae primate Franciae cancellario; ut a veritate
non aberrarent qui non unius provinciae sed totius Galliae fidem hac synodo declaratam, quae sententiae nostrae suffragari
pronuntiavere.

Postremo Ioannes a Bononia Canonicus Lovaniensis lib. de praedest. parte 2. de libero arbitrio f. 103. // in aedibus Lovanii
an. 1555 cum quandam [illegible] [illegible] huius loci [illegible] concilij retulisset haec addit. Verum quia non desunt
modo homines quamvis omni pietate praediti, aliter de libero hominis assensu dum iustificamur, quam nos senti-
mus; ac ideo huius Oecumenici concilij clarissimam doctrinam obscurare quodammodo conari videntur dum dicunt
hominem habere libertatem assentiendi, ut excitationi, admonitionique divinae resistere possit, sed ijs inspirationibus
atque monitionibus suppositis nullum esse liberum arbitrium. obscurare autem dixi, quoniam ex dictis R.di
Domini Hieronymi a Bononia Sedis ap.cae Nuncij dignissimi nec non Archiepiscopi Compsani professoris theol.ae
peritissimi, atque sacri palatij magistri eximij apud Carolum Imperatorem V. cognomento maximum intelligens
eandem opinionem in sancta Tridentina synodo fuisse summa diligentia a patribus discussam, et
tamquam minus probabilem optimo iure penitus reiectam. Haec ille; nos ad [illegible] [illegible] veniamus.

et Patribus 3.o Hanc patrum Dominicanorum ~~sententiam~~ opinionem [et patribus] discrepare a communi patrum sententia.

Imprimis D. Aug.ni cuius omnium hac in re gravissima esse debet auctoritas. Is plurimis in locis sententiam nostram amplexatus est,
quae ita refert hoc loco [illegible] diximus cum in superiore illa digressione attulimus. [illegible] libro de spiritu et littera cap. 34
(cuius loci verba ipsa expressius videntur Conc.us Tridentinum) ubi explicans donum vocationis quod non est in nostra potestate
Nemo inquit, habet in potestate quod ei veniat in mentem (per vocationem [illegible]) sed consentire vel dissentire propriae voluntatis est.
et post pauca. Profecto et ipsum velle credere Deus operatur in homine, et in omnibus misericordia eius praevenit nos; consenti-
re autem vocationi Dei vel ab ea dissentire propriae voluntatis est. Et lib. de praedest. S.rum cap. V. Non quia credere vel non credere
non est in arbitrio voluntatis humanae. et l. 83 q.um q. 68 sic. Et quoniam nec velle quisquam potest nisi admonitus et vo-
catus sive intrinsecus ubi nullus hominum videt, sive extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua signa visibi-
lia efficitur ut etiam ipsum velle Deus operetur in nobis, per vocat.em Et ut postea verbis dixerat) et addit, ad illam excipe
quam dicit Dominus in Evangelio praeparatam nec omnes qui vocati sunt venire voluerunt, neque illi qui venerunt venire potue-
runt nisi vocarentur. Ecce sensit Aug.nus vocationi cui aliqui consenserint, alios non consensisse. De cuius dicta q. 68 meminerit
Aug.nus l. 1. retract. cap. 28 nihilque hinc retractaverit indicium evidens est, hanc quam nos sequimur veram fuisse ac
germanam Aug.ni sententiam. Sed suppetunt alia non minus clara eiusdem testimonia. Idem lib. 1.o ad Simplicianum Nemo
itaque credit non vocatus, sed non omnis credit vocatus. Quod autem de vocat.e servus hic quaeri ipsa credere potuerit
aperte contra eos ijs quae subijcit, et exemplo Esau de quo ait. Noluit ergo Esau et non cucurrit, sed si voluisset et
cucurrisset Dei adiutorio pervenisset, qui ei etiam velle et currere vocando praestaret. Et infra Si vocatio ista est
effectrix bonae voluntatis, ut omnis eam vocatus sequatur, quomodo verum erit multi vocati pauci vero electi. Eadem
fere lib. de dono persever.ae cap. 14 et omnibus illis locis, in quibus e duobus aequali vocatione vocatis, alterum ait
converti alterum non item. nam eo ipso quod alter resistit, censet Aug.s eum qui convertitur divinae vocatione et
auxilio praevenienti resistere potuisse. f. 63. 34. 9. 62. Vol.o 12 de Civ.te cap. 6. libro de Gr. et lib.o arb.o cap. 15, et plurimis alijs in
locis quae uberiorem desiderant tractationem, ~~[illegible]~~. Tantum hic dicimus, Universos
Complutensis Academiae professores opinionem nostram, tamquam veram et germanam Aug.ni sententiam subscripsisse, quod suum
ipsi suffragium libentissime consignatum apud Pontificium Hispaniae nuntium extare voluerint, cuius nos licentiam publi-
cum exemplum habemus.

UGR Biblioteca Universitaria

Ad haec plures alij ex antiquis patribus accesserunt ut Clemens papa epist. 3. decretali de [illegible] sacerdotis. cuius
haec sunt. Si quis sane audiens sermonem veri prophetae velit aut nolit recipere et amplecti omnia eius
est, id est, mandata vitae in sua habet potestate, liberi enim sumus arbitrij; nam si hoc esset ut videretur ea
iam non habere in sua potestate aliud facere quam audierat, vis erat quaedam naturae, per quam liberum
non esset ad aliam migrare sententiam. Et paulo inferius. Nunc quam liberum est animo in quam velit
partem declinare iudicium suum, et quam probauerit viam eligere quae verba manifeste physicam
praedeterminationem ad unum eliminant, qua cum voluntas resistere non potest praedicationi veri prophetae,
eiusque vocationi; atque eadem ratio est de qualibet gratia praeueniente
Irenaeus l. 4 aduersus haereses cap. 71. agens de actibus bonis supernaturalibus l. 4 aduersus haereses cap. 71.
Gloria, inquit, et honor omni operanti bonum, dedit ergo Deus bonum quemadmodum et Apostolus
testificatur, et qui operantur quidem illud gloriam et honorem percipient quoniam operati sunt bonum
cum possint non operari: hi autem qui illud non operantur iudicium iustum recipient Dei, quoniam
non sunt operati bonum cum possent operari illud.
Chrysost. hom. 19 in Genesim sub initium cum de Deo loqueretur ait. Ipse quae sua sunt omnia pro
sua misericordia semper exhibet, et sciens absconditum in profundo mentis et arcana, hortatur
laudat consulit, conatusque nostros malos reprimit, et necessitatem utique non imponit, sed congruis
remedijs appositis totum iacere in aegrotantis sententia dimittit. Eiusdem sunt illa hom. 22 in
Genesim Verum quia in nostra voluntate totum post Dei gratiam relictum est, ideo et peccantibus
supplicia proposita sunt, et bene operantibus retributiones.
Cyrill. l. 11 in Joannem cap. 21. cum multa de Juda proditore dixisset haec addidit. Si proditor
aequaliter alijs discipulis Saluatoris auxilium non habuisset frustra illum a nobis diceremus,
[illegible] autem non minus quam ceteri diuina gratia regebantur, sed suo ipsius iudicio in profundum
proditionis delapsus est, quomodo etiam cum seruauit eum Christus qui suum patrocinium ei praesti-
tit, qui quantum ad ferendam opem illi attinuerit seruasset hominem, nisi ultro in perditionem
inclinasset. Gratiam igitur in alijs effulsit, seruatique omnes qui cooperantem ei voluntatem tradide-
runt; hic enim salutis nostrae modus dispositus est. Ponit ergo Cirillus et aequales gratias quibus quantum
erat ex se Christus omnes iuuabat, et hisce gratijs non determinatis efficaciter voluntates aliorum
Apostolorum, vel voluntatem Judae non determinauit, ac denique eidem gratiae absque hac physica Dei vocatione Judam
restitisse, ceteros consensisse.
Ambrosius siue Prosper l. 2. de vocatione gentium cap. 4. Quod non possit, inquit, nisi cooperante
spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.
Damascenus l. 1. de fide cap. 18 si antiquiorem versionem sequamur; Nam ipse (inquit) Deus
omnia quae non in nostra potestate sunt praescientia praedeterminauit, ubi graeca vox προώρισεν
proprie praedeterminare significat, et l. 2. cap. 30. Illud quidem scire interest Deum omnia
quidem praescire, sed non omnia praefinire; praescit enim ea etiam quae in nostra potestate, atque arbi-
trio sita sunt, at non item ea praefinit, nec enim vitium admitti vult, nec virtutis vi [illegible]
affert. Diuus vero Thomas prima parte q. 23 art. primo ad primum antiquam versionem sequens ita refert.
omnia quidem praecognouit Deus, non autem omnia praedeterminat, praecognoscit enim ea
quae in nobis sunt, non autem praedeterminat; atque eadem graeca vox πρ[illegible] siue fuit
versioni.
Anselmus in illa Matth. cap. 6. Fiat voluntas tua, attente, Hominem ideo non cogi a Deo
quia licet voluntati iustitia Dei resistere non potuit, potest resistere voluntati, qua ei Deus misericor-
diam confert. Deinde obijciens sibi Paulum ideo videri coactum a voluntate Dei; respondet, non in esse;
quia licet ei peruentus voluntas tamen erat libera ut resisteret si vellet. Ac ipse l. de concor-
dia praescientiae et lib. arbitrij cap. 2. his verbis. Quaedam praescita et praedestinata non eueniunt ea necessitate
quae praecedit rem et facit, sed ea quae rem sequitur, supra diximus. Non enim ea Deus, quamuis praedestinat, facit
voluntatem cogendo, aut voluntati resistendo, sed in sua illam potestate dimittendo. Similia ille
multis locis, atque alij praeterea plurimi Sancti patres quos breuitati studentes subticemus.

UGR Biblioteca Universitaria

Ex scholasticis.

4.° Dicentes a communi scholasticorum sententia. Ex in p.ª 1.2. q.ª 2.ª q. x arto 4 qui haec habet. Quia igitur voluntas est activum principium non determinatum ad unum sed indifferenter se habens ad multa, sic Deus ipsam movet quod non ex necessitate ad unum determinat sed remanet motus eius contingens et non necessarius nisi in his ad quae naturaliter movetur. et q.ª 9. art. 6. ad 3.um sive universali motione homo non pot. aliquid velle, sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud quod est verè bonum vel apparens bonum. Nec nobis officit quod adiicit. sed tamen interdum specialiter Deus movet aliquos ad aliquid determinatè volendum quod est bonum, sicut in his quos movet per gratiam. Ac de speciali motione per inspirationem supernaturalem habitus, atque alias ad effectiones ad gratiam pertinentes de quibus inferius latè est sermo. 2.ª 2.ª q. 174 art. 1. Ubi postquam prophetiam communicationis duplicem D. Thomas efficiens propheticam unam praedestinationis, quae revelatur prophetae quid Deus praefinivit, atque ideo est praedeterminatione; aliam praescientiae quae à priori praefinitione alias ipsam distinguit, quia per illam non revelantur prophetae aliquid praefinitum seu praedefinitum à Deo, sed praescientia ut passim dicit d. 28. cum de actibus qui non sunt in nobis 2.º vero de his quae sunt liberi arbitrii. 1.º excipiunt D. 28. Deus non praedeterminat actus nostri liberi arbitrij cui non videtur ab ipso homine et propter praedefinitionem. quia secundum Damascenum Deus praedestinat ea quae non sunt in nobis: vel ut fiendo per liberum arbitrium hominis et sic est propter ea praescientiae quae potest esse bonorum vel malorum, et q.ª 3. de pot.ª art. 7. ad 13. argumentum. Voluntas dicitur voluntas, ut eam de necessitate ad unum determinet sicut determinat naturam, et ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis et voluntatis. et d. 28. et determinationem adnabili solis ubi et eam denegat primae causae, quia si Deus voluntatem determinaret, utique necessitatem inferret; sic in p.ª q.ª 41 arto 2. docuerat D. est cum voluntas, de quibus, et natura secundum hoc differunt in causando, quia natura determinata est ad unum. et infra. Voluntas principium est quae potest sic velle et non velle, eorum autem quae non possunt ubi sic esse principium natura est. 3.º q. ... cap. 90 sub finem Damascenus exponitur, eam quae sunt in nobis divinae determinationi dicit non esse subiecta, quasi necessitate adiacentia, ut prima parte q.ª 23 arto p.º ad primum Sciretur Damascenus praedeterminationem importat necessitatis sicut est in illis qualibus quae sunt praedeterminata ad unum. Eadem est de praescientia et praedestinatione et multis aliis in locis

denique item colligi ex multis principijs d. Tho. quae nullo modo cohaerent cum praedicta physica determinatione

Denique si huiusmodi praemotionem antecedentem quae tollit in causis omnes liberas et contingentes praemoveri à Deo ad suos effectus d. Th. agnovisset, nihil laborasset in explicando, quae ratione infallibilis in Deo sit scientia futurorum contingentium scilicet ex efficaci voluntate praedefinitione coexistentia rerum omnium in aeternitate tam difficilem sibi explicatu libertatem p.ª q. 14 art. 13. et alibi saepe. eo sufficienter

Praeterea si eadem praedeterminationes efficaces adnoscerent, non distinxisset divinam voluntatem ex Damasc. 2 fidei c. 29 in antecedentem et consequentem ut facit p.ª p.ª q. 19 arto 6. ad p.um Et p.º dist. 7. q. p.ª artic. p.º et passim alias. Nec voluntas, antecedens, quae docet posse non impleri, quia non fuerit in effectum cum aliqua circumstantiis cum conditionibus praedeterminandi efficaci; cui semper et infallibiliter determinatus effectus adsequeretur. Nec erat cur praemissa distinctionem adhibuit voluntatis in p.º sequentis doceret voluntatem nostram in p.º actu moveri à Deo, in reliquis vero movere seipsam. Sic p.ª 2.ª q. 9 arto 3 et 4. Et q.ª 111 arto 2. q. 109 arto 2 ad p.um et alibi saepe. Nam posita divina hac praemotione voluntas non tantum ad primum, sed ad omnes actus reliquos moveretur à Deo, nec umquam se ipsa determinat, sed semper praedeterminatur à Deo.

Ad haec 3. q. Gen. cap. 70 maxime dixisset eundem effectum produci totum à Deo totum ab instrumento.

UGR Biblioteca Universitaria

agens, uerū ab utroq; immediate, nā media esset illa predeterm.eo ratione eius, Deus immediate ageret in eam inferiorem potius quā in effectū. Neq; prohibetur p.a parte q. 105 art. 5. ad 2.m docuisse eandē met actionē promanare a causa prima et 2.a et prudam determinare prima potius quā determinari a prima, ut in 2. dist. p. q. 1. art. 4 corp. et ad 3.m, et p.o C. Gent. cap. 66 rat.e 5. Ubi haec habet. Secunda agentia sunt quasi particularia, et determinantia actionē primi agentis.

Deniq; q.e 6. de ueritate art. 3. non erat cur pro explicanda certitudine predestinationis confugiret ad tot auxilia et adminicula a Deo parata predestinatis, quibus sit infallibiliter ut aliquis illorum consentiat exclusa predefinit. cuiuslibet actus in part. Sic n. ait. Inuenimus ordinē respectu alicuius dupliciter uno modo in quantū una causa singularis producit effectū suū ex ordine diuinae prouidentiae; Alio modo quando ex concursu causarū multarū contingentiū, et deficere possibiliū peruenitur ad unū effectū, quarū unaquaq; Deus ordinat ad consequendū effectū loco eius quae deficit, ut una altera deficiat. Et explicat exemplo, et subdit. Et hoc modo est in predestinatione liberū n. arbitriū deficere potest a salute, tamen in eo quē Deus predestinat tot adminicula preparat, quod uel nō cadat, uel si cadat, quod resurgat. sicut exhortationes et suffragia orationū, donū gratiae et alia huiusmodi; quibus adminiculatur homo ad salutē. Cur omisso priori modo ordinationis efficacis, ad posteriorē recurrit, ut arbitrij libertatē cū predestinat. certitudine conciliet; quod si predeterminat. efficacē cuiuslibet actus agnouisset, pretermisso posteriori et omnino tamq; superuacaneo, potius illa predeterminatē, priorē modum amplexatus esset.

Ex quibus et alijs d. Doct. principijs aperte colligitur huiusmodi physicam predeterminationem efficaciter promouet uoluntatē, eiusq; determinationē peruenit, ut euitabunt retinere non potest omnino ignotā fuit d. Doct. Quid autē is intelligat eā causā 2.a moueri, et applicari docet a p.a declaratū est et a nobis alibi copiosius, et a Suario tom. p.o suae metaph. disput. 22 sect. 2 et 3.

Ex D. Th. praeceptoribus, et discipulis

Quod autē ea quā nos sequimur fuerit d. Th. sntia et eo nos eiusque attendimus, et ex eo etiā aperte colligitur quod sane eandem eius praeceptoribus traxerit, suis discipulis crediderit, nec aliam praecipui eius interpretes et sectatores tribuunt.

Ex praeceptoribus quidē Albertus magnus p.a p. sumae tract. 16. q. 63. m. 3. art. 2. ad arg. proposita parte p.a praesertim ad 3.m. Licet predestinatio, inquit, praeparet illi gratiā et gloriā tamē quia ille liberi arbitrij erit, potest ponere obstaculum spiritui sancto et operatione diuinae, et potest impedire ne conferatur ei. Et ita solut. ad argum. proposita parte 2.a Sat necessitas, scilicet ex suppos. antecedentis, quia pendet a futuro, quod futurū dependet a contingente 2.a eam meritoriā, et potente oreare in contrariū, et ponere obicē spiritui s. et a quo prima eā non tollit modū suae causalitatis, eo quod sicut ait Damascenus Deus non compellit uirtutē in bonis, et ita ex illo impedimento potest. et parte 2.a huius tract. 16. q. 9 m.o p.o optime ostendit non esse liberū arbitriū nisi respectu earū operationū quas potest facere uel non facere, sic uel aliter facere.

Alex. uero Alensis p.a p. sumae q. 26 m.o 4 art. 3. ex Damasc. sic ait. Sicut Damascenus duplex est prouid. Una s.m acceptionem, alia s.m conceptionem, et dicit quod prouidentia s.m acceptionem est ubi nō contingit esse resistentiā, nec contradictionē: et hoc mō est de ipsis naturalibus quae sunt ordinata nec aliter possunt esse. prouid. autē s.m conceptionē est de his ubi contingit esse resist. et contradictionē et haec est in libero arbitrio. Deus n. dedit liberū arbitriū ut consentiat uel nō consentiat bono et s. cet. Et sequentes sentiā eo cum nostra repetit etiā in solut. ad argum. 6 q. 40 m.o 4 in solut. ad 3.m Dicendū inquit, quod secundū modū dicit Damascenus, quod Deus oia praecognoscit, nō autē oia predeterminat, praecognoscit autē ea quae sūt in nobis, hoc est in potestate arbitrij; non autē predeterminat, predeterminat autē quae nō sūt in nobis. Dicendū ergo quod uoluntas beneplaciti est respectu bonorū dupliciter, aut ad predeterminationē ut eorū quae non sunt in potestate arbitrij, et haec habet allegata necessitat.; aut sine predeterminatione et hoc modo est bonorū quae sunt in potestate arbitrij. sic n. uult illa bona, ut relinquat ea suae libertati, et uoluntati; et ideo si fiat contrarium, nō fit contra eius uoluntatem &

Ex discipulis d. Thome egregius sane fuit Capreolus Card.lis ist.e in p.o dist. 41 q. 2 art. 1 … haec habet. Nisi ergo ipse Deus nobis non adiuvaret, et nisi in nobis solus modis specialis faceret non converteremur. Hoc est ergo quod Damascenus dixit lib. 2 cap. 30, ubi ait quod ipse Deus est omnis boni principium et causa, et sine eius cooperatione et auxilio impossibile est bonum velle vel facere, sed nobis autem est ut ait, permanere in virtute, et sequi Deum ad bene vocantem, vel recedere a virtute quod est in malitia fieri, et sequi diabolum ad hanc vocantem. et distinct. 7 q. 1 art. 2 … Sunt autem § Sic autem inquit, alii impetus seu dedit quos Deus movet ad gratiam, qui si non essent, nulla esset receptio gratiae. Hoc g.o modo, ut sequi d. … bono recipiunt gratiam, quae Deus semper vel quasi semper quamdiu sumus viatores fuit huiusmodi impetus in animabus nostris, quos possumus sequi et non sequi; sequendo autem eos adipiscimur gratiam, non sequendo remanemus in culpa.

Ex his qui d. Thome doctrinam profitentur sane nostrae ut germanae … sectantur Henricus quodl. 1 q. p.a … ~~ubi … ad libitum …~~ ~~…~~ dist. 38 q. p.a ad 2.um principale et 3. q. 4 conclus. et 2 dist. 28 q. p.a ad 12 contra 2.am conclusionem. Capreolus in p.o p.e parte q. 14 art. 13 et q. 19 art. 8 et q. 23 art. 7. Ferrariensis p.o q. … cap. 27 circa … d. lib. d. 2.o praesertim ad argum. … et 3.o q. Gentes cap. 159 … ad huius evidentiam, praesertim … cap. 16 sub initium, praesertim ubi … ~~quando … Deo convertit … libero arbitrio … resistere possit absolute …~~ Deo potest. Hieronymus … in p.a parte d. Thome q. 23 art. 7 § 3 notandum … ibi. … et … alius … Magister Henricus … in Salmanticensi Academia professor, a … eadem Academia … Dominicana familia … contra … physicam praedeterminationem … disputavit. Et quoniam … adversarios Card.lis Toleti auctoritatem, quasi is ab eorum sententia … physicam … determinationem … aliquid … in prima parte … diversam … Toletus igitur in p.a parte q. 14 art. 13 q. sua p.a conclus. hoc dicit. Deus concurrens cum causis … ut ipsas moveat et applicet ad opus; sed una cum ipsis immediate producens effectus; … multis rationibus … et loco … concl. 3 quae … sacrarum literarum et … patrum testimoniis, … multarum … mentis … Et in … 19 dist. art. 8 d. 2.o ubi … sententiam … opinionem defendit, haec habet. Si altera sententia defendamus, quae mihi … est … quod … causa non agit mota a Deo, sed simul cum Deo, … determinat … velle … Et in … in mat. de gratia q. 109 art. 7 q. unica post dubium 4.um … Aliud est, inquit, auxilium efficax ex parte hominis … sufficiens auxilium … homo … efficax … differentia … efficax, … sufficiens. Unde quod … efficax vel sufficiens in hominis … potestate volentis vel nolentis cooperari Deo. Et hoc … Bellarmino … 6 cap. 4 … arbitrium … a Deo moveri … differentia … sufficiens … non discernat … efficax … hominis … auxilium efficax vel inefficax. probatur … auxilium sufficiens, … homo … operari vel non … sufficiens … efficax. … de gratia circa eandem q. 109 d. Thome art. 7 d. 5 dicit. Auxilium sufficiens est, quo potest homo … velle operari; efficax est quo de facto operatur … Dei, sed ex parte hominis etiam est quod auxilium sit sufficiens vel efficax … homo accipit … auxilium sufficiens sit efficax, et si resistit, manet sufficiens. Igitur … Dei auxilium, … efficax … auxilium … homo, tamen de facto … Deus … homo … efficax … Toletus.

Ex alijs schol.cis doctoribus

~~Eandem nostram … physicam … Durandus …~~ Scotus in 2 dist. 37 q. 1 § ad solut. et in 4 dist. 49 q. 6 § … Ockam in p.o dist. 38 q. unica § … opinione Gabriel in 2.o dist. 37 q. p.a art. p.o et in p.o dist. 45 q. unica … in 2 dist. 1 q. 2 art. 1 not. 2 art. 2 concl. 4 art. 3 d. 5. Gregorius in p.o dist. 38 q. 2 art. 2 et in 2.o dist. 28 q. p.a art. 3 ad 12 argumentum. Almaynus tract. 1 moral. cap. 1 et 4. Angelus l. 1 … moralium cap. p.o Payva l. 4 … explicationi … l. 9 de iustitia … l. p.o … q. 55 d. 8 et d. 10 § sed notandum … et omnium … lib. p.o doctrinalis fidei cap. 25 … Vide physicam … appellat. et cap. 28 … imponi d. Thome. Inveniuntur etiam ij qui gratiam cum libertate consentire docent, quia …

Marginal note (left):

H Quicquid Deus vult voluntate … Deus … si … illud voluerit … libero … illud … libera voluntate … resistere … potest … in explicationibus … ad … inquit … libero arbitrio … sed … Joan. 6 … venire ad me … ego … venit ad me … resistere … sententia … alij … confirmant

Ad.

Bannes 1. 2. 40. q. 1. … 2. … Sciendum.

Joes a Bononia … de lib. arbitrio pag. 103.

Bellarminus tom. 3 lib. p.o cap. 12 lib. 4 … 15 et 16.

UCB Biblioteca Universitaria

Deo moventi resistere ut multi eorum post eum Doctores Scholastici superius allati docuerunt. et Doctores Colonienses in censura quarta catechismi Monhemij Monhemij Dial. 2. pag. 36. quorum sententiam refert et confirmat Didacus Payva vir doctissimus qui Tridentinae Synodo interfuit libro 4 orthodoxarum explicationum fol. 141 et sequentibus. et Castro contra haereses verbo Gratia haeresi prima et verbo Libertas haeresi prima. Turrianus l. 7 in Clementem c. 35 et libro 4. contra Magdeburgenses c. 2. Stapletonius ~~[illegible]~~ [illegible] l. 4 de iustificatione cap. 8. Omnes denique illi nostram sententiam adstruunt, qui e duobus aequalem motionem gratiae concursionem praecedentis habentibus, alterum dicunt consentire volunt, alterum aut dissentire, aut minus commoveri, licet maiori auxilio excitetur. Ut Ugo de S. Victore ante in cap. 9. epistolae ad Romanos. Bonaventura in 4. dist. 16. art. 1. q. prima. Altisiodorensis lib. 2. summae tract. 2. cap. 3. Joannes Driedo tract. 4. de captivitate et redemptione generis humani cap. 2. p. 5. versic. 5. ex superioribus. Ruardus art. 7. contra Lutherum propos. 7. et 10. Andreas a Vega l. 6. in Tridentinum cap. 9. q. 3. puncto 4. et Robertus Bellarminus l. 6. de lib. arbitrio cap. 15. Et certe omnes fere viri docti, qui libertatem arbitrij suis disputationibus vindicant ab haereticorum insania, et contra eos iustis voluminibus agunt ~~[illegible]~~ omnes inquam, [illegible] hanc nostram sententiam ut necessariam ad eorum prava dogmata confutanda pro virili defendunt. Illud autem hoc loco reticendum non est omnia illa patrum, rationum ~~[illegible]~~ exhibitarum quae in suam sententiam congerunt Patres Dominicani eorum intentioni nihil prodesse, cum de hac physica eorum praemotione apud Patres ratios ne verbum quidem; ut in ~~[illegible]~~ expositione quadam ad eorum censuram late ostendimus -

UGR Biblioteca Universitaria

V. Ex ea sententia multa absurda, et erroribus huius saeculi haereticorum maxime consentanea liquido fluunt, contra vero sententia patrum faciens ad eorum prava dogmata evertenda ac labefactanda apprime promovet sententiam, quam multi viri doctissimi tradiderunt.

Primum Absurdum. Novum in theologorum scholas introducit gratiae praevenientis modum et salutis hactenus inauditum, et cum sacris libris, conciliis, patribus pugnantem. Aug. n. omnia auxilia praevenientia quibus Deus homines movere atque excitare solet ad illustrationes, inspirationes, pias affectiones et alios actus huiusmodi revocat pares, quae a sua sententia praedeterminantibus dictae congruis, sed ad rem.

Ex sacris libris ipsum fere testimoniis reijcitur, quibus sententiam patrum confirmavimus, supra n. ca ad hanc rem optime faciunt.

Ex conciliis. Tridentinum sess. 6. cap. V. Cum exordium iustificationis in adultis a gratia Dei praeveniente sumendum definivisset, explicat quaenam ea sit hoc adiungit. Hoc est ab eius vocatione qua nullis existentibus eorum meritis vocantur. Ergo concilio idem est gratia praeveniens et vocatio, neque habetur physicae praedeterminationis ulla mentio. Ad hoc conspirant illa cap. 6. et can. 3. et 4 quae alibi pluribus

Concilium Arausicanum 2um. Canone V. ibi. Per gratiae donum, idest per inspirationem Spiritus Sancti.

et Canon. 7. ibi. Absque illuminatione, et inspiratione Spiritus Sancti. Ad concilium Senonense cap. 25. et plura

Coelestinus papa epistola ad episcopos Galliae (habetur tomo 7 inter epistolas Augustini) tradens iis episcopis quosdam quasi canones fidei a patribus acceptos inter ceteros affert canonem episcoporum Aphricae in epistola quadam ad Zosimum, in quo illa verba scripturae Praeparatur voluntas a Domino explicat hoc pacto. Ut boni aliquid agant paternis inspirationibus suorum ipse tangat corda fidelium. Non ergo hi patres aliquam vel exiguam vel agnoscunt gratiam quae praedeterminando voluntatem praeveniat ac praeparet corda fidelium, sed has tantum illuminationes inspirationes vocationes ac similes alios motus quos ad vocationem referunt.

Ex patribus. quamvis ea quae attulimus, ad hunc locum ~~[illegible]~~ plurimum faciant, alia tamen addere visum est, quae

Augustinus quem in disputationibus de gratia et libero arbitrio omnes omnique doctorem et unum divinis datum celebrant agnoscunt et sequi debent libro de spiritu et littera c. 34 post multa. Verum etiam tamque contestationes ubi et mandata legis aliquid agit, si ad hoc hominem admoneat infirmitatis suae ut ad gratiam iustificantem credendo confugiat, sive intrinsecus ubi nemo habet in potestate quod ei veniat in mentem sed dissentire vel consentire propriae voluntatis est.

lib. 2 de ecclesiasticis dogmatibus admonente prius Deo et invitante ad salutem, ut vel eligat vel sequatur. et initium nostrae salutis Deo miserante habemus, ut acquiescamus salutiferae inspirationi nostrae voluntatis.

lib. 1. q. 83 ad Simplicianum q. 2. Ut velimus n. et suum esse voluit et nostrum, suum vocando nostrum sequendo. ... infernis. quia nos ... praecedit bonam voluntatem propterea vocanti Deo recte tribuitur quod bene volumus.

lib. de praedestinatione sanctorum c. 19 sub fine. Deus igitur operatur in cordibus hominum vocationis illa secundum propositum suum de qua multum loquuti sumus

Tract. 26 in Ioannem explicans illa verba Nisi pater meus traxerit eum, Caro, inquit, et sanguis non revelavit tibi: ista revelatio ipsa est attractio ramum viridem ostendis ovi, et trahis illam; nuces puero demonstrantur et trahitur. Si ergo ista quae inter delicias et voluptates terrenas revelantur amantibus trahunt, quoniam verum est trahit sua quemque voluptas, non trahit revelatus Christus a patre? quid n. fortius desiderat anima quam veritatem. hac ille & reperitur serm. de verbis apostoli, et alibi.

UGR Biblioteca Universitaria

Libro de bono perseverantiae cap. 14. Apparet habere quosdam in ipso ingenio divinum naturale munus intelligentiae quo moveantur ad fidem si congrua suis mentibus vel audiant verba vel signa conspiciant. et tamen si Dei altiore iudicio a perditionis massa non sunt gratiae praedestinatione discreti; nec ipsa eis adhibentur vel dicta divina vel facta per quae possent credere si audirent utique talia vel viderent. Ubi alia plurima in hanc mentem adiungit S. Aug.nus Ubi Advertendum p.o exigere Aug.num congrua dicta vel facta ut mentes possint credere; non n. quaelibet sufficiunt ut amentes intellectus et voluntatis ad credendum eliciantur. Advertend. 2.o Aug.num asserere, haec a Deo non tribui illis qui predestinat ad vitam, ne ijs promoti credant vel credere possint; igitur illis dari credere poterant, ac si reipsa data essent, reipsa sine dubio credidissent. At si voluntas idcirco determinari non potest ut velit credere, quia a Deo physice est determinatur; cur Deus ea hisce denegavit ne crederent, quae licet data fuissent, nunquam ut ij crederent, effecissent? Ergo Aug.nus physicam hanc praedeterminationem, ut diximus, non agnovit. Immo nec alij patres agnoverunt.

Ut Cirillus l. 4 in Ioannem in illud. Sed qui audivit a patre et didicit venit ad me ad disciplinam doctrinam ac persuasionem non ad vim tenuem [~~?~~]ationem eum docet capitibus, Non ni Christum fideles agnoverunt.

Methodius lib. de libero arbitrio cuius verba affert Iunianus l. 4 q.a Magdeburgensis c. 2 et hi gratiam praevenientem non in physica aliqua praedeterminatione sed in adhortationum volitaru, declarationum admonitionum constituit.

Prosper Aquitanicus l. 2. de vocatione gentium cap. 26 alias 9. qui liber Ambrosio ad nos ~~circumferunt~~ circumferunt Gratia Dei, inquit, in omnibus iustificationibus principaliter praeeminet suadendo exhortationibus monendo exemplis, terrendo periculis incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium cor ipsum illuminando, et fidei affectibus imbuendo. Et plura insignia.

Bernardus opusculo de gratia et libero arbitrio. Ipsa nempe gratia, liberum excitat arbitrium cum seminat cogitatum, sanat cum immutat affectum, roborat ut perducat ad actum. Et alia praeterea sane aurea adiungit, quibus gratiam praevenientem in cogitationem ipsam bonam describit. ac quibus omnibus fit, quod initio proposuimus, hanc patrum Dominicanorum fictam et Calvinianam haeresi inaudictam, et ~~veram~~ Scripturae, patribus concilijs parum consonantem esse.

2.um Absurdum. Deinde praed. hac praedeterminatione liberum nostrae libertati usui funditus evertit, sublata per eam indifferentia quae cuiuslibet actus liberi origo et caput est. si quidem posito huiusmodi ad efficacem promotione ac praedeterminatione voluntas non potest operari, quia libera ad operandum non est. Et certe adversarij ipsi ultro dant illi motioni efficaci ac praedeterminationi posita, et in sensu composito voluntatem dissentire non posse, neque non consentire. At libertatem voluntatis in ea indifferentia ad utramque actum sitam esse cum premisimus argumentis ~~[...]~~ confirmavimus. ~~[...]~~ Sed libertatem in hac indifferentia constitui haud opere pretium esse ex sacris litteris, concilijs, patribus, scholasticis item demonstrare conabimur.

Ex sacris literis. Deuteron. 30. Iosue ult.o 2. Regum 24 Eclesiastici ——— 15 saepe, cuius capitis verba supra retulimus et c. 31. Prima ad Cor. 7. Et optime, ut reliqua Conc.um Senonense dec. 15. Pervenit, inquit, sacram scripturam satis obvium est quod liberum verbis in parte hominis arbitrium asseverat.

Ex conc.iis. Concilium Tridentinum sess. 6. cap. V. et Can. 4 supra explicatis libertatem in eo constituit, quod homo habeat consentiendi et dissentiendi potestatem.

ex patr. Ab hac Petrus Apostolus apud Clementem l. 3. et 7. recognit. in ea versione Ruffini saepe ac post hoc, ipsum ex ipsis dicimus, inculcat. et ipse Clemens epist. 3. de offic. sacerdotis lo. cit. Iustinus martyr apolog. p.a pro Christianis [~~?~~] ibi. Neque quidquam bonum laude dignum esse, nisi utraque in partem vertere se quae flecteri se posset. Iren. eodem lo. supra allato. Tertullianus lib. 2. adversus Marcionem ad initium, l. de exhortatione castitatis, ad finem l. de monogamia. Origenes l. 3. periarchon cap. p.o ibi. Liberum arbitrij in utramque partem conversum est. Athanas. oratione contra Idola. Basilius l. 3. contra Eunomium, et in illud Onyx 14 Sende regi

UGR Biblioteca Universitaria

Nasciant apost. pr. Chrysost. hom. 60 in cap. 18 Matth. homil. 2a de Lazaro, hom. 19 in Genesim. Cyrillus Alexand. l. 4 in Joann. cap. 3. Epiphanius l. 1 adversus haereses cap. 16. Hieronym. pr. dial. adversus Pelagianos et fere libri 3. et epist. 147 ad Damasum. August. lib. 3. de lib. arbitrio cap. 2. et 3. et 18 et 25. libro de spiritu et litera cap. 34 de gestis Pelag. cap. V. et alijs supra adductis. Eusebius Niciensis in lib. quem ante mille annos scripsit ad Constantinum irridet libertatem in qua in una tantum parte datur eligendi licentia, et subjicit. Quam electionem nominat ubi unam tantum partem esse quis constituerit? ~~[illegible]~~ citat a Turriano l. 4 contra Magdeburgen. cap. 2. Damasc. 2. de fide cap. 26. In nostra potestate dicit, sunt ea quae liberum est nobis facere vel non facere. et paulo ~~post~~ inferius. nobis liberam esse, quod in utramque partem aeque contingere possit velut moveri, et non moveri; appetere vel non appetere, gaudere et non gaudere est. Bern. serm. 81 in Cantica.

Scholastici fere omnes idem affirmant sequentes Aristot. 9. metaph. text. comm. 10. ubi opus. d. 28. lib. 4 eodem lib. 3 Ethic. cap. V. Magr. 2. distinct. 24 cap. de lib. arbitrio et distinct. 25 in p. D. Th. p. parte q. 41 art. 2. Et q. 83 art. p. 2. et 3. Et fere q. 22 de veritate art. 8. et alijs locis supra citatis. Et q. 3. de potentia art. 7 ad ~~[illegible]~~ 13 arg. Alensis p. 2a q. 73 m. 2 artic. 3. Et memb. 3. art. p. et 5. Et q. 75 memb. 4 Henric. quodlib. 1. q. 16. et quodlib. 14 q. V. Major 2. dist. 25 q. p. Ocham in p. dist. 1. quest. 6. Capreolus in 2. dist. 24 fere p. arti. 3. Ricardus art. 7. ad initium. Castro v. Libertas. Torres p. p. q. 41 art. 2. q. 1. 2. et 3. cometarij Victoria relectione de veniente ad usum rationis propos. 4. num. 6. et fere omnes recentiores. Qui omnes esse liberum nequaquam censent, qui a voluntate non oritur, sed potestatem atque indifferentiam ad non operandum, cui operatur, vel ad oppositum actum eliciendum. // ~~Quod ipsum [illegible]~~ ~~[illegible]~~ ut ipse Bañes in p. parte q. 41. art. 2. dubio 2. dicto 3. in probatione contra Scotum. apponamque verba ipsa ~~[illegible]~~. Sancti patres philosophi et theologi sapientes illud dumtaxat appellant liberum, quod possibilitatem habet ad esse et non esse. ita Aristoteles 3. Ethic. cap. 4 et D. Aug. lib. 3. de libero arbitrio cap. 3. inquit, illud solum in nobis liberum est, quod in nobis est facere et non facere. Hieronymus in epistola ad Damasum de filio prodigo circa finem. Damascenus l. 2. de fide cap. 28. Haec Bañes. ~~[illegible]~~ ~~vel in alienis respiciendi [illegible]~~, vel in suis dictis gloriantur constantiam desiderans ~~[illegible]~~ sed rationibus agamus, ne testimonijs tantum abundare videamur.

Serm. Rpli. 1. q. 1. a. 1.

Hoc ipsum adversarios fateri plenaque veritas cogit, licet aperte dissentiant nec dubitent tantum argumentum urgentem. Fatetur hoc autem alibi ~~[illegible]~~ saepe oppugnatur Magis Bañes, atque ita fatetur ut hoc commune esse omnium sapientum axioma pronunciet. Sic ille in commentarijs in primam partem [illegible]

Confirm. pro quo volitionis posita illa praedeterminatione non potest non operari, nec potest facere ut ponat illa praemotio, ut adversarij fatentur; ergo omnino non potest non operari neque operationi necessario operatur. Consequentia haec ex ipsorum doctrina colligitur, similiter ratiocinantur distincte a Scoto, videlicet ~~[illegible]~~ Deus operetur necessario naturae, tunc nulla esset in rebus libertas. Et ille ex suppositione antecedentis quod Deus operetur ex necessitate naturae infert necessario in voluntate non fore facultatem qua aliter operetur, atque ita necessario operatur. Eadem ratione nos ex illa suppositione antecedenti de praedeterminatione physica qua voluntas determinatur ad unum, colligimus non esse in voluntate facultatem aliter operandi. Et licet liberum sit Deo ponere talem determinationem in voluntate creata, creatae tamen voluntati id liberum non est, cum in eius potestate non sit efficere, ut praedeterminatio efficax detur vel non detur; quando dictum ex mente adversarij; nec in eius potestate posita distinguere consequens, sed non operari, ab antecedenti quod est illa praedeterminatio posita. Ergo ex antecedenti, posita illa praedeterminatione nullo modo est in nostra potestate, nec etiam consequens, videlicet non operari; ac proinde operatio non erit libera quod probandum erat

Bañes p. p. q. 18 art. 8 d. 1.

UGR Biblioteca Universitaria

Cast.[o] 2.[o] ex Anselmo libro de concordia liberi arbitrij et praedestinationis cap. p.[o] et alijs coll. 2 cur Deus homo cap. 17 et 18 ex D. Th. p. p. q. 85 art. praed. 5. et clarius 2. physi. lect. 15. ex Alb.[o] et in p.[o] dist. 39 art. 4 et dist. 40 art. 13. Alex. p. p. q. 24 m. 5. Marsil. in p.[o] q. 4 art. 2. excitat denique scholasticos omnes. et colligit ex Aug.[no] 5. de Civit. cap. 10. et optime explicat, atque ex alijs quoque patribus probat Valdensis l. p.[o] doctrinali fidei cap. 25. Hi omnes asserunt necessitatem ortam ex suppositione antecedente, quoniam oritur ex causa ipsius actus, repugnare libertati potentiae quae operatur ex huiusmodi necessit. antecedente. quod secus se habere aiunt in necessitate consequente quae ex ipsa potentia cum indifferentia operantem supponit, et actum coniungit cum indifferentia productum. Iam vero necessitas antecedens praevenit indifferentiam potentiae liberae, nec sinit ut ex sua indifferentia se determinet, imo illam determinat atque affigit quodammodo ad peculiarem actionem, ut dum illud efficit ei liberum non sit habere vel illam actionem efficere atque amplecti, sed solum habeat determinatam actionem. At huiusmodi est suppositio praedeterminat. et praemotionis physicae, quae liberum usum voluntati antecedit, eamque ita ad unam aliquam partem determinat, ut neque possit sibi contrariam actionem efficere nec ab operatione desistere, quod ipsi contendunt. Ergo omnino haec praedeterm. tollit atque evertit humanam libertatem.

Resp.[ent] adversarij voluntatem indifferentem esse in sensu diviso, licet non sit in sensu composito. Sed contra est, quia si in sensu composito, hoc est, posita illa praedeterminat.[ne] non sit indifferens, ergo posita praedeterminatione nihil libere operatur, sicut amens in sensu composito, i. dum amentia tenetur nihil libere operatur, quamvis in sensu diviso, i. non posita amentia libere operari queat. Quare ista indifferentia voluntatis in sensu diviso solum est, quasi passiva, quatenus videlicet potest illa a Deo per physicam praemotionem, quae ad libertatem usum non pertinet, determinari. Activa vero voluntatis indifferentia ad operandum vel non operandum, quam necess. esse ex Trid. Conc. sess. 6. cap. 5. et can. 4 ostendimus, et quam haeretici labefactare conantur, quamvis passivam habere admittant, nulla erit in voluntate.

3.[m] Absurdum. Hinc sequitur voluntatem non solum cum operatur non libere operari; verum etiam cum non operatur necessario non operari, ac propterea tribuendum illi non esse, si affirmativis praeceptis non obediat. Cuiuslibet n. actus omissio libera ~~non~~ existimatur, cum ponuntur omnia ad actum, quem omittit, eliciendum requisita; si n. quicquam deesset [nd efficiendi] quod potestati voluntatis ~~[illegible]~~ certum esset per eam non stare quominus operaretur, sed per eum [potius] qui id [quod ad operandum requirit] illi denegaret; ~~[illegible]~~ atque ex consequenti nullo pacto ipsa actus omissio voluntati ~~tribuenda esset~~. Verum voluntati, cum non operatur, nec et affirmativum praeceptum exequitur, ~~deest~~ desiderat aliquid ad operandum requisitum, physica scilicet haec praedeterminatio, sine qua, ut adversarij contendunt, operari non potest, ergo nulla omissio est libera, nec homini ~~[illegible]~~ adscribi non potest, quod non efficit id quod ~~[illegible]~~ fieri non potest, ut [ab ipso] fiat; fieri autem non potest ut homo absque illa praed. [ne nd nuo fuerunt saner] sed etiam quovis modo operetur ut docet Banes p. p.

esse adscribendum (margin note)

ad culpam adscribere, sicut illius ad culpam (margin note)

4.[m] Absurdum. Ex ea[dem op.]ne sequitur, eos qui hac physica praedeterminatione ac praemotione Dei, ac proinde auxilio ita efficaci destituti sunt, carere etiam sufficienti auxilio ut eduxerunt, reclamante Paulo, qui p.[a] ad Timoth. 2 ait Deum velle omnes homines salvos fieri. volentibus hoc [illegible] Consequ. probatur. Si ut fatentur ipsi, auxilium hoc efficaciter praedeterminans necessarium est ad operandum, et in hominis potestate non est usque dum gratuita Deus voluntate illud sibi praebeat, ergo cui non datur, deest aliquid ad operandum omnino necessarium, quod nec habet, nec in eius potestate sit illud ipsum habere. Qui autem nec actu nec in sua potestate habet necess. ad operandum, is auxilio sufficienti ad operandum ~~[illegible]~~ privatur, cum desit aliquid sine quo operari non potest; ~~cum~~ certum operatio esse nequeat absque ijs quae ad operandum necessaria sunt: alioquin necessaria non essent, si absque illis esse posset operatio. Resp.[ent] adversarij

patribus et univ. Theologorum scholis Gymnasijs, qui hoc nimirum suffi. auxilio privari volunt. Nam ut (margin note)

UGR Biblioteca Universitaria

~~duplicium~~ nisi hoc efficaci quo diximus hominem habere auxilium sufficiens, quo potest operari, licet non habeat quo
reipsa operetur. Verum hoc responsio ~~nulla est, et in verbis solum consistit~~ [nihil habet nisi verba] atque ut tradens à Bononia dicebat lo-
llato, ad obscurandam clarissimam Tridentini concilij doctrinam inuenta est. Quid enim? Num praecipit Deus homini
ut possit operari? an ut operetur? Si ut operetur, quod nemini obscurum arbitror, ergo sufficiens auxilium praebere
debet, non tantum ut [operari] possit, sed etiam ut operetur. Praeterea Paulo teste nouimus Deum velle ut homines salui
fiant, non [tantum] ut saluari possint, ergo auxilium largitur ut salutem faciat, non tantum ut salutem consequi possit. Ad haec
qui nec habet, nec in eius potestate est ut habeat quod ad operandum necessaria sunt, non solum caret auxilio ut faciat, sed
etiam ut possit moraliter ac proxime loquendo, sed remote solum, et quasi . . . . ut oculus dum caret lumine
habet potestatem videndi; ac proinde illi attribui non potuit, quod non operetur et è conuerso, ~~nimirum~~ quemadmodum ~~homini~~
alicui ~~caeco~~ tribui non potest si non videat, ~~et~~ cum nec lumen habet, nec eius est potestati efficere ut illud habeat. quod tamen
optimè definiuit concilium Tridentinum sess. 6. c. 11 Deum non praecipere impossibilia, sed iubendo, et ipsum
monet facere quod possis, et petere quod non possis. Denique repugnantiam dicunt cum asserunt auxilium suffi-
ciens esse ad hoc ut possis operari, non tamen ut opereris; nam ~~operandum~~ [tam potentiam] necessario ~~dicunt~~ ex ordine
ad aliquem actum, ergo si per auxilium sufficiens [augmentum est] ~~constit~~ voluntas in ratione sufficientis potentiae constituitur
~~ita~~ ad aliquem actum, non modo erit [auxilium] sufficiens ut possit elicere, sed etiam ut eliciat ipsum actum. §

V. Absurdum. Hinc etiam sequitur, hominem qui à Deo physicè ita praedeterminatus non promouetur prius à Deo deseri, quam
ipse deserat Deum, ac proinde per Deum stare ne conuertatur: Contra sacras literas Eccli. 15. Ne dixeris per Deum
abest. Omnes et Pseudodiocesi[?] contra Mal. Contra concilium Tridentinum. sess. 6. cap. xi. cuius illa sunt.
Deus namque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Quo loco non solum de gratia
habituali sed de quolibet auxilio gratiae concilium agere constat ex fine quem concilium in eo capite propositum
habuit; quippe adstruere voluit homines, ~~ad~~ [ut] ~~esse~~ diuinae legis, [pardent] quod possibilem esse dicit. constat ~~etiam~~ [etiam] ex ipsa
capitis inscriptione, ac contextu. ergo sine gratia seu auxilium necessarium ad bene operandum nemini Deus
denegare ~~Deus~~ nisi ei qui ipsum antea deseruerit [explicandum est]. Hoc ipsum confirmat illud cap. 13 eiusdem sess. Deus nisi ipsi
illius gratiae defuerint sicut coepit opus bonum ita perficiet operans velle et perficere. Praeterea contra Hieronymus
[Hilarius] Psal. 118 in illa verba Illumina cor meum Deus in testimonia tua; Ubi impie voluntatis esse dicit.
existimare praestari ea quae nunc credentium propria non contingi; quod sibi à Deo indulta non fuerint, et hoc
impiam vocat et nominat. Augustinus lib. 2 de peccatorum meritis et remissione cap. 17 praesertim ibi. hic et ad
conceptionem nead pertinere quod minus absolute adiuuetur. et post aliqua. Nullus proinde culpae humanae
in Deum referat causam. et l. 4. confessionum cap. xi. manent illis nubes. Non deserit amor [si ipse non] deseratur. Fulgentius
l. p.o ad Monimum cap. 28 ex Augustino potissimum eo loco. Qui ut non adiuuentur à Deo in ipsis causa est non
in Deo. Prosperus 2 de vocatione gentium cap. 19. praecipue in illis. secundum eas mensuras quibus Deus
dona generalia specialibus nouit cumulare muneribus, ut qui extra gratiam fuerint de sua nequitia
redarguantur, et qui eius lumine eniterent non in suo merito sed in domino glorientur et c. 27
de voluntate hominis haec dicit. De sua habens mutabilitatem si deficit, de gratiae opitulatione si proficit; quae opitula-
tio per innumeros modos siue occultos siue manifestos omnibus adhibetur. et quod à multis refutatur, ipsorum
est nequitiae, quod autem à multis suscipitur et gratiae est diuinae, et voluntatis humanae. ✠ Respondent potest
Hoc auxilium efficax quidem ei qui non operatur, non tamen à Deo dari, quia ad illud homo non se disponit, et
hac ratione Deus non deserit hominem priusquam ab hoc deseratur. Verum contra hanc solutionem [urgemus] ~~instamus~~. Vel Deus homini
~~qui non operatur hominem~~ ad illam dispositionem [et consequenter] auxilium est sic efficax praedeterminans voluntatem hominis ad talem
dispositionem, vel non dat; Si ~~dat~~, et tamen homo non se disponit, ergo non est efficax cum non sit sequuta dispositio,
si non dat ergo Deus deserit hominem priusquam ab homine deseratur; [quod in primo propositum] ~~et sic[?] ... ...~~. Praeterea voluntas humana
et Deus sibi ne queratur, sic ostendimus. ~~dat~~ Vel illi qui non operatur dat Deus auxilium illud [ita] ex se efficax
et praemiet hominis voluntatem, ut possit ipsi; Vel non dat. Si dat; cum ponamus cum homine non operari, ergo
auxilium hoc non ~~est~~ [erit] ita ex se efficax, ut homo non possit illi resistere etiam in sensu composito, quod volunt.
vel non dat; ergo cum ex communi sententia sit omnino necessarium ad operandum, Deus se illud deneget, deseret hominem
in necessarijs antequam deseratur ab homine, at Deus sibi ~~et diuinae ...~~ [in primis propositum], ne queratur. Dopo questo respondeni potest
Denique vel illa dispositio est naturalis, vel supernaturalis; si naturalis asserat, at quo pacto naturalis actus erit

[Margin, left, beside "si non dat ergo": in humana ... and]

[Margin, right: Si se voluntati praedest sunt incertum propositionis hoc. Res in ... tempore]

[Margin, right: ~~[illegible]~~]

[Margin, right: remita[?] de abajo q. d. aut. por desi[?] esse reflejar +]

dispositio necessaria ad auxilium supernaturale et efficax; ~~[illegible]~~ nequit enim homo solis viribus liberi arbitrij consequi necessarium auxilium supernaturale, quod Pelagianum est; si vero supernaturalis ponatur, ~~[illegible]~~ quaeritur an ad hanc ipsam dispositionem ~~auxilium~~ sit necessarium ~~[illegible]~~ efficax auxilium supernaturale ~~efficax~~ praedeterminans nec ne. Si necessarium est, illud homo non habet a Deo quoties deneget Deus; Si dixerint hoc auxilium non esse, quia non est ad illud dispositus; eadem ~~[illegible]~~ ratiocinatio in hac 2.a dispositione quae est causa sed, et contra quod similiter, et sic in infinitum processus fiat. At si dixerint ad illam priorem dispositionem necessarium esse tale auxilium efficax physice praedeterminans; ~~efficacem~~ habemus quod probamus. Nam cum eadem omnino ratio de illa dispositione supernaturali, et de quovis alio actu, sicut ad priorem illam haec praedeterminatio physica necessaria non est, ita neque ad alios erit necessaria.

6.m Absurdum. Unde etiam deducitur Deum vel nihil recte voluntati praecipere quod est omnem naturae et gratiae ordinem evertere vel certe praecipere impossibilia si a voluntate non praemota exigere operationes. Etenim si praecipit, quid illud est? An ut creata voluntas praemoveat ad operandum, atque hoc reddidit ~~[illegible]~~ potentiam voluntatis ~~necessario fateantur~~, praecepti materia esse non potest. An, ut non praemota operetur! At id impossibile esse docet. Ergo dum Deus non praemovet voluntatem, nihil illi praecipere potest; Dicant praeterea, secundum se possibile esse ut voluntas habeat talem actum; sed contra hoc illud ~~fuit~~ est, quia dum voluntas non praemovetur a Deo talis actus non est possibilis voluntati. Quare vel nullum est praeceptum, vel si est tunc temporis non urget, nisi Deum impossibilia praecipere fateamur, quod et a divina bonitate omnino abhorret. Et sub anathemate prohibetur a Concilio Tridentino tum Canon. 18 tum capite XI. sess. 6. ubi sic habet Nemo autem debet temeraria illa et a patribus sub anathemate prohibita voce uti, Dei praecepta homini ad observandum esse impossibilia; nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet et facere quod possis et petere quod non possis, et adiuvat ut possis, cuius mandata gravia non sunt etc. Quae verba ex Aug.o libro de natura et gratia c. 43 deprompta sunt, qui, Non igitur inquit, Deus impossibilia iubet sed iubendo admonet ~~et~~ facere quod possis, et petere quod non possis. Ubi ~~illud~~ ipsius observandum est contextum Aug.ni et maxime concilij, non solum loqui de impossibilitate illa secundum se, sed de impossibilitate hic et nunc. Neque enim hic et nunc obligat Deus praecepto ad impossibile, nec vel cessat praeceptum vel admittitur excusatio. Quapropter Concilium et Aug. cum dicunt, Deum iubendo monet et facere quod possis etc. intelligunt sine divino auxilio hic et nunc ~~aliquid~~ quicquam fieri non posse, addit, et petere quod non possis ~~[illegible]~~ quia si peteret non impetraret, quod exse non potest, non videtur iuste obligari divino praecepto, Addit concilium verba Augustini et adiuvat ut possis: ac si inquit adiuvante ~~praecepto~~ nos enim ~~[illegible]~~ obligaret, si exerceret ~~quod illi~~ nisi idem neagere nos adiuvaret. At si praemotio illa requiritur, cum non praemoveret Deus non iuste nos obligaret, praesertim cum praeter auxilium sufficiens, quod supponit concilium dari a Deo dum ~~admonet~~ admonet nempe per vocationem, non agnoscant plerique adversarij aliud auxilium adiuvans, nisi praemotionem illam. Quare si ex Concilio, ut Dei praecepta sint iusta, necesse est ut post admonitionem ubi admonuit, etiam adiuvet; multo magis erit necessum ut praemoveat, cum praemotio haec requirat ad opus ex parte principij quod a creata voluntate non pendet. Ergo si non praemoveat, iuste obligare non potest. Et iusta esset hominis excusatio vel querela cum diceret Deo, Domine nec ~~in me fuit~~ potui facere ut me praemoveres, nec non praemotus poteram exequi quod praecepisti. Cur ergo me ~~[illegible]~~ oneras praecepto, quod ferre parendo non possum! cur tollis quod non posuisti, et exigis quod non seminasti! metes ubi

Adde quod supervacanea essent Dei praecepta. Cum enim ~~praecepta~~ eam ob causam imponantur voluntati praecepta ut illa ex se indifferens nec determinata ad exequendum praeceptum, determinet suavi quadam determinatione et libertati ipsius accommodata; si ante praemotionem illam voluntas non potest aut se ipsam determinare aut exequi praeceptum, frustra hoc ponitur ante praemotionem: post praemotionem non ~~physicam~~ cum voluntas ita determinata sit, ut non possit non exequi quod praecipit, quorsum additur illa nova praecepti determinatio! Quod vero praecepta voluntatem determinent, non libertati accommodata, colligit tum ex natura praecepti et legis (quam ad ligandum deducit S. Thomas 1. 2. q. 90. a. 1. quasi homo natura sua non satis ligatus, novis legibus ligandus ~~fuerit~~ sit:) tum ex illo Eccl. 15. Reliquit illum in manu consilij sui: Ubi ad continendum hominem in officio, eiusque libertatem inclinandam atque determinandam subditur, Adiecit mandata et praecepta sua. Si volueris. Et vero de necessario non dari praecepta, ~~ut in hoc~~ perspicuum omnibus est, ~~ut in beatis amare Deum~~ nullum praeceptum ~~de amando Deum~~.

UGR Biblioteca Universitaria

~~Propositiones aliquot in doctrina de meritis virtutum~~

um

1. Absurdum. Hinc quoque efficitur inanes esse conciones cohortationes obiurgationes omnes, neminem proinde pro male factis corripiendum, sed tantum ut resipiscat uni Deo vota facienda; veluti quisque peccata vertebant, quorum insaniam refert et refellit Aug.[us] lib. de corrept. et grat. cap. 3. 4. et seqq. et lib. de bono perseverantiae cap. 14 et 15. Et quidem Augustinus admonitionum necessitatem semper inde probat, quod ijs adhibitis in eorum potestate est, et in eius potestate operari et non operari; atqui haec ratio nulla est si huius efficacis praemotionis necessitas danda est; nam ea existente non est hominis volentis sed Dei praemoventis vel non praemoventis operari vel non operari dare videtur ergo.

Ult.[imum] absurdum. Postremo loco ex hac physica Dei praemotione illud aperta consecutione deducitur quod catholicorum virorum aures ferre non possunt, Deum scilicet auctorem esse peccati: idque non permittendo solum sed praemovendo et praedeterminando. Nam profecto ij negare non possunt actiones etiam malas et peccata fieri non posse, nisi peccantem Deus praemoveat et praedeterminet; qui dicunt nullam causam efficere aliquid posse quae non sit a prima causa efficaciter determinata ut Banes ipsi dicit p.a p.e q. 14 art. 13 d.o ulto. circa solut. 3.i argum. verticalis habetque explicatius ubi de prima causa sic ait. quae ita determinat omnes causas 2.as ad suos effectus producendos ut nulla causa 2.a possit exire ab eius determinatione et infra. verbi gratia. Ad hoc respondetur sub fine si concursus inquit primae causae non esset efficax ad determinandum omnes causas 2.as nulla causa secunda operaretur suum effectum, quare nulla causa 2.a potest operari nisi efficaciter a prima determinata. et q. 19 art. x. versic. 2.o p.o est Accedit quidem operatio nostram liberam divinae voluntatis aeternum et immutabile consilium sive divinae providentiae infallibiliter praefinitio, quae omnem bonam operationem liberam praedefinivit et quibus ita positis plane sequitur voluntatem ex se ad actus bonos malosque indifferentem, cum male agit ad actus ipsos malos a Deo praemoveri et praedeterminari; quod qui dicunt, effugere non possunt quin Deum auctorem peccati constituant. etenim si qui solo consilio ad actus ~~permovet~~ hortatur quos sine peccato fieri nequit moralis causa peccati dicendus est, quo iure ab hac appellatione Deus vindicabitur ille, qui Deum vi et necessitate voluntatem vero et physico influxu voluntatem movere et determinare eos actiones quae peccata sunt dicere non perhorrescat! quod ~~ratione~~ si cum Iacobi cap. 1. Unusquisque ~~autem~~ vel eo solum nomine tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus, quia ~~eum solum allicit~~ corruptam voluntatem allicit ad eliciendam volitionem boni delectabilis ad quod ipsa propendet. et + ~~quae ratione~~ si ad eandem ipsam volitionem Deus praemovet et determinat, eaque motione determinat, quae nequaquam adhibeat quin consentiat voluntati imprimat? ~~[illegible]~~. At vero ibi Iacobus sic ipse, Deus neminem tentat. Quidquid ~~et~~ hac praedeterminatione multo magis ad peccatum voluntatem impellere Deus quam diabolus? quo pacto humanam voluntatem adoritur diabolus, eam allicit ad consensum instigat proponendo dumtaxat rationes obiecti delectabilis. qua ratione si istorum sententia concurrit Deus! physice movendo et determinando ad eiusdem obiecti volitionem, idque ea vi, ea efficacitate ut ei voluntas resistere non possit. At hoc maius est quam vel allicere vel rationes proponere. Concedunt igitur necesse est magis tentare Deum, quam vel concupiscentiam vel diabolum. Haec autem nec sacris literis cohaerent in quibus Deus dicitur intentator malorum, nec cum conc.[ilio] 2.o Arausic.o canone ulto. Quod in eos qui tantum similia, ne dum haec dicere auderent, omni cum detestatione anathema dicit; nec cum Tridentino sess. 6.a canon. 6. ubi si quis dixerit mala opera ita ut bona Deum operari non permissive solum sed etiam proprie et per se anathema sit. Quis autem inficiabitur ea proprie et per se Deum efficere ad quae ille qua diximus ratione praemovet, praedeterminat? ~~Denique nec~~ Denique aliis omissis nec cohaeret cum Augustino

UGR Biblioteca Universitaria

de spiritu et litt. cap. 31. Vbi profecto legimus, inquit, in sanctis scripturis non est voluntas nisi a Deo et recte non scriptum est; quia verum non est; alioquin et peccatorum quod absit auctor est Deus si non est voluntas nisi ab illo. Idem habet in respons. ad art. sibi falso impositos, et multis aliis

Tandem ut concludamus magnum veritatis nostrae sententiae argumentum est, ab hac mirum in modum Calvinistas et alios haereticorum huius saeculi monstra discrepare. qui hoc potissimum nomine Patres Societatis insectantur quod huius sententiae defensione susceperint fundamentum, quod ipsi ad convellendam nostri arbitrii libertatem firmissimum putant, penitus evertant. Ac Didacus quidem Payva singulari doctrina et pietate vir loco illius superius allato adversus eorum petulantiam egregie scribit a patribus Societatis certam illi contrariam sententiam, huic patrum Dominicanorum finitima videlicet de humanae voluntatis libertate tuendam et retinendam gloriantur. Audiamus Calvinum apud Ruardum, ~~lib.~~ pag. 274 et Bellarminum l. 1. de libero arbitrio c. 11. impia verba ~~[illegible]~~ et lib. 2. instit. cap. 3. § 10. Voluntatem inquit Calvinus movere gratiam, non qualiter multis saeculis traditum est et creditum ut nostrae postea sit electionis motioni aut obtemperare aut refragari, sed illam efficaciter afficiendo. Vbi et nostram sententiam et multis saeculis traditam, et creditam fatetur, et reprobat impudenter, et hanc ipsam quam nos improbamus ut bellum Calvino movent libenter amplectitur. Quare Bellarminus in penultimis [illegible] haereticorum mendaciis et erroribus recitavimus atque hanc sententiam inter nos ac Patres Dominicanos tum sentit discrepantes [illegible] de hac patrum Dominicanorum sententia esse gaudeant. Haec opinio videtur mihi aut esse omnino eadem cum eorum Calvini et Lutheranorum aut parum ab illa distare.

Quae cum ita sint in eam adducimur sententiam ut tenere nostram de libertate sententiam cum sanctissimis concilii Tridentini decretis, patrum fere omnium dictis, communi scholasticorum sententiae [illegible] libertatem tuendam conspirantem et veram non modo ~~minime probabilem~~, sed veriorem catholicis firmandae liberi arbitrii cum divina gratia conciliandi, haereticorum Lutheranorum pravitati confutandae aptissimam, atque ~~his~~ sine ~~[illegible]~~ temporibus, quae ~~[illegible]~~ [illegible] maxime necessariam tamquam proximam ad Deum accedit, audienti promulget. cui sacrae et orationi nostrae semper submitto voluntatem.

Candide [illegible] Martinus Perez [illegible] ordinis redemptorum captivorum